



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

38. De felici transitu seruuli paralytici, eius eleemosynis & patientia, & fragrantissimo odore in morte eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

que & difficilem transitum, immensamque felicitatem remunerationis peruenientium ad beatas sedes. Hæc si crebrò considerarent homines, si iuxta Prophetam, saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent, non tam ceco amore caducis momentaneisque huius mundi illecebris inhiarent. Non ineptè olim præposterarum hominum cogitationes & studia risit Satyricus, O curas hominum, ô quantum *Aeternitas.* est in rebus inane. Aptissimè verò doctissimus ille ac pientissimus Adamus: O æternitas, inquit, quàm rarò versaris in mētibus hominum. *Adamus Sabinus hō-* Et idem alibi: Nihil ad superbiam, & cupiditatis vitiorumq; omnium euerfionem *mil. 1. Dom. 1. Quadrages.* æquè facit, vt meditatio mortis, & eorum que mortem sequuntur. Et quemadmodum nemo qui gehennam ob oculos habet, gehennam incidere, ita nemo qui gehennam è mente seponit, gehennam euadere poterit. Insuauis quidem hæc est meditatio, inquit, sed quid tum? Etenim & pharmaca insuauia sunt, non tamen abhorremus, eo quod vtilitatem adferant.

D. Gregor. Magnus lib. 4. Dialogorum cap. 14. & homilia 15. in Euangelia. De felici transitu seruuli Paralytici, eius elemosynis & patientia, & fragrantissimo odore in morte eius.

CAP. XXXVIII.

IN porticu quæ euntibus ad Ecclesiam B. Clementis est peruia, fuit quidam seruulus

Ecc 3 lus

lus nomine, quem multi vestrum mecum no-
 uerunt, rebus pauper, meritis diues, quem lon-
 ga ægritudo dissoluerat. Nam à primeua ætate
 vsque ad finem vitæ paralyticus iacebat, quid
 dicam? quia stare non poterat, qui nunquam
 in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat,
 nunquam manum suam ad os ducere, nunquam
 se potuit in latus aliud declinare. Huic ad ser-
 uendum mater cum fratre aderat, & quicquid
 ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eor-
 um manibus pauperibus erogabat. Nequa-
 quam literas nouerat, sed scripturæ sacræ lib-
 rales codices emerat, & religiosos quosq; in hospi-
 talitatē suscipiēs, hos corā se legere sine inter-
 missione faciebat. Factumq; est vt quantum ad ni-
 furam propriam attinet, plenè sacram scrip-
 turam disceret, cum, sicut dixi, literas penitus
 ignoraret. Studebat in dolore semper gratias
 agere, hymnis Deo & laudibus diebus ac no-
 ctibus vacare. Sed cum iam tempus esset, vti
 ta eius patientia remunerari debuisset, mem-
 brorum dolor ad vitalia redijt. Cumq; iam
 morti proximum agnouit, peregrinos viros
 atque in hospitalitate susceptos admonuit
 surgerent, & cum eo Psalmos pro expectan-
 ne exitus sui decantarent. Cumque cum eis
 ipse moriens psalleret, voces psallentium
 repente compescuit cum terrore magni clame-
 ris dicens: Tacete, nunquid nō auditis quas
 resonant laudes in cœlo? Cumque ad eas
 laudes, quas intus audierat, aurem cordis
 detulisset.

deret, sancta illa anima carne soluta est. Sed
 exeunte illa, tanta illic fragrantia odoris asper-
 sa est, ut omnes illi qui aderant, inestimabili
 suauitate replerentur: ita ut per hoc patenter
 agnoscerent, quod eam laudes quas audierat,
 in cœlo suscepissent. Cui rei monachus no-
 ster interfuit, qui nunc vsq; viuit, & cum ma-
 gno fletu attestari solet, quia quousq; corpus
 eius sepulturæ traderent, ab eorum naribus o-
 doris illius fragrantia non recessit. Ecce quo-
 sine ex hac vita migravit, qui in hac vita æqua
 nimiter flagella tolerauit. Iuxta vocem ergo
 Dominicam, bona terra fructum per patienti-
 am reddidit, quæ exarata disciplinæ vomere,
 ad remunerationis segetem peruenit.

*Ex libro trium spiritualium virorum. Libellus
 Fratrum sancti Vincentij Metensis. De ad-
 mirabili visione Uguetini quondam Ca-
 nonici.*

CAP. XXXIX.

VISTIO Uguetini prius Canonici, postea
 monachi: quam ostendit illi Deus per
 Angelum, & quam nos fratres eius ipse
 narrante scripsimus, serui Sancti Vincentij
 Metensis. Cum prædictus frater die sabbati
 cum aliquibus fratribus nostris potionem ad
 prouidendam salutem corporis accepisset: cæ-
 teris eam salubriter degerentibus, ipse coepit
 magna difficultate indigestam reijcere, & sta-
 tim perceptionem cibi quem ad refocillandū
 corpus sumere debuerat, fastidire. Crastina

Ecc 4 verò